





M. Ende  
d. prima  
tonis  
Hist  
d. vita  
Apostol  
Arauf  
Quod A  
d. abs  
d. Althe  
offim  
d. Auro  
Arco  
Algeb  
Aker  
Anim

Eng



45

No. XIII.

# MISCELLANÆ THESES

Quas

Occasione Discursuum publicorum  
collectas,

SUB PRÆSIDIO

JOANN à SCHULTZ  
SZULECKI, JCT.

privato - publicæ disquisitioni, submitunt

*Respondens*

MARTIN. GOTTF. NITZSCHE,

*& Opponenses*

DD, MARTINI ET VIERHUFF.

d. 24. Martii MDCCIL

---

*Frankfurti ad Viadrum,*

Typis TOBIÆ SCHWARTZII



No. XIII

MISCELLANEA  
THESES

Quae

Occasione Dilectionis publicorum  
collectae

ZUR PRÆFATIO

JOHANNES SCHULTZ  
SZULECKI JCT.

privato - publica disputatione

habita

MARTINI GOTTLIEBI NITSCHE

Opponentis

DD. MARTINI ET VERRHUE

1744 Martii MDCCII

Prolegomena ad Philosophiam

THE TOSIE SCHWARTZ







I.

**E**Xcusa hactenus verorum contractuum materia, succedunt quasi Contractus: Quorum naturam non tantum in praesumpto sed & ficto consensu consistere putamus. Defendi quippe potest haec à Dd. inventa inter fictum & praesumptum consensum distinctio. Iidem quasi contractus ortum suum Juri Naturali, robur Juri G., formam juri Civili debent.

II.

Species quidem quasi contractuum sex tantum numerantur *in tit. Inst. de Oblig. quae ex quasi Contr.* Quibus tamen merito accenseri merentur Communio finium regundorum, *ii. ff. & C. Fin. reg.* item litis contestatio *l. 3. §. ii. ff. de Peculio*: quanquam non desint argumenta, quae postremam speciem quasi Contractuum numero eximere videantur.

III.

Negotium geri potest etiam demortui, item praesentis, imò etiam inviti & contradicentis, licet obstare videatur *l. 40. ff. de Negot. gest.*

IV.

Negotiorum Gestorem de levisimâ etiam culpâ non semper teneri posse putamus, quamvis obstant §. 1. *Inst. de Oblig. quae quasi ex delict.* *l. 21. C. Mandat.* & *l. 24. C. de Usuris.* Sumtus verò non tantum necessarios & utiles verum & quandoque Voluptarios repetit contra expressum textum legis *l. 27. ff. de Neg. gest.* Sed & quandoque neque necessarios neque utiles repetere potest, non obstantibus *l. 22. & 45. ff. Eodem.*



## V.

Ex administratione Tutelæ oritur qs. Contractus, ex quâ obligatione tutor ad administrationis suæ rationes reddendas tenetur, licet illi Pater in testamento reddendum rationum necessitatem remiserit; id quod non tantum juri Civili juxta *L. 5. §. 7. ff. de admin. Tut. §. 1. 27. §. 3. ff. de pactis*, sed & Juri N. & G. conveniens est.

## VI.

Hereditatis aditio etiam inter quasi contractus justissimè refertur: Ipse verò hæres Creditoribus hæreditariis non ex quasi sed verò contractu obligatur; ast Legatariis ex quasi tenetur.

## VII.

Condictio indebiti, ex quasi contractu oritur, sive in se debitum sit, sed non ab eo, qui solvit, sive non illi, cui solvitur *L. 65. §. ult. ff. de Condict. indeb.* licet pugnare inter se videantur *L. si pater 19. §. 1. §. 1. 44. ff. Eod.* Quæ tamen antinomia apparens facile dissolvi potest.

## VIII.

Hæreditatis communio parit actionem dividendæ hæreditatis; quæ divisio neque ab extraneo Testatore neque à suo prohiberi potest, cum tamen quilibet rei suæ legem dicere possit; neque ullâ etiam vel immemoriali præscriptione tolli potest.

## IX.

Divisâ semel minimâ tantum hæreditatis parte quotâ, non amplius competit actio familiæ herciscundæ, licet plurimæ res hæreditariæ indivisæ remanserit. Alio itaque remedio, nempe cõmuni dividundo provocandum est ad divisionem.

## X.

Nequidem jurata renunciatio divisionis obligat socios ad servandam communionem.



01 A 6541

ULB Halle 3  
003 090 396



TA → OL


1018  
VJ 17











45

No. XIII.  
**MISCELLANÆ  
THESES**

Quas  
Occasione Discursuum publicorum  
collectas,  
SUB PRÆSIDIO  
**JOANN à SCHULTZ  
SZULECKI, JCT.**

privato - publicæ disquisitioni submitunt  
*Respondens*

**MARTIN. GOTTFR. NITZSCHE,**

*et Opponentes*

DD, MARTINI ET VIERHUFF.

d. 24. Martii MDCCIL

---

*Frankfurti ad Viadrum,*  
Typis TOBIÆ SCHWARTZII